



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Flores Meditationvm**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae Agripp., 1623**

Medit. 28. De filio Reguli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

&c, sed fine veste nuptiali, sine caritate & intentione pura: tales etiam à Deo puniuntur.



## MEDITATIO XXVIII. DE FILIO REGULI.

### PVNCTA MEDITATIONIS.

- I. *Regulus rogat Iesum vt descendat Ioan. 4.  
& sanet filium incipientem mori.*
- II. *Iesu dicente: nisi signa & prodigia  
videritis, no creditis: magis vrget pa-  
ter, vt descendat &c.*
- III. *Christo dicente: vade, viuit filius;  
abiit; & audiens eadem hora sanum  
factum credit ipse & domas tota.*

---

### F I G V R A E.

**C**Vm Elias suscitasset filium viduæ Sa-  
ceptanæ, illa dixit. In isto cognoui 3. Reg. 17  
24.  
quia vir Dei es tu.

**S**unamitis, recepto ad preces Elisæ i si. 4. Reg. 4  
17.  
lio, corruit ad pedes eius, & adorauit su-  
per terram.

---

### P R O P H E T I A E.

**I**mplefacies illorum ignominia, & qua-  
rent legem, Psal. 82.  
17.

X 2

Cum

Psa. 77. Cum occideret eos, quarebant eum, & re-  
34. uertebantur, & diluculo veniebant ad eum.

## DOCUMENTA.

1. **R**egis filius infirmabatur. Hinc appa-  
ret rerum huius mundi vanitas, quæ  
hominem à morbis alijsque malis li-  
berare non possunt; vt discas Deo adhaerere,  
qui nunquam deficit; & semper sanare ac iu-  
uare te potest, si ita expediāt: inio omnibus te  
(in morte) deserentibus, te ille non deseret,  
nisi tu ipse prior illum deserueris.

2. *Hic cū audisset quod Iesus veniret in Ga-*  
*lilæ. Perambulat tum Dominus varias ter-*  
*ra & Sæctæ, in qua præcipue degebat, regiones,*  
*tāquā medicus, operā suā omnibus gratis offe-*  
*rendo, vt sanaret, Act. 10. 38. omnes op-*  
*pressos à Diabolo. Et nunc in cœlo quoad*  
*humanitatem residens, sed maiestate sua, ubi-*  
*que præsens, idem præstat; ac in venerabilis*  
*Sacramenti ferculo circumlatus, varia affli-*  
*cis, atque opem poscentibus, auxilia con-*  
*fert.*

3. *Regulus abiit ad eum. Hac occasione ma-*  
*le habentis filij vsus est DEVS, ad conuersio-*  
*nem potentis, qui Christum alias ibidem*  
*præsentem (cum primum miraculum in nu-*  
*pptijs fecit) aut ibid. habitantem vel non adie-*  
*rat, vel eum non magni recerat. Idipsum ad-*  
*huc nobis hodie euenit, qui in prosperitate*  
*DE VM negligimus; in aduersitate, ad eum*  
*recurrimus secundum illud Prophetæ Regij,*  
*Psal. 82. 17. imple facies eorum ignominia,*  
*& quarent nomen tuum Domine: vt etiam*  
*morbos & alia aduersa, tanquam salutis no-*  
*ste.*

stræ media, à summa Dei prouidentia immissa agnoscamus & suscipiamus, optantes à Deo, & gratias agentes, ut SS. fecerunt.

4. *Nisi videritis &c.* Christus duriusculle regulum alloquitur, tum quod fides eius esset imperfecta ( putabat enim opus esse Christi præsentia ut filium iuuaret, quasi id ipsum absens, sua potentia nequiret ) tum ne videretur personam diuitis ac potentis respicere, qui aliás inuitatus ad seruum centurionis, vltro se venturum statim respondit, domino mirante ac deprecante, quasi eius præsentia indignus esset. Forte & tua etiam fides est imperfecta, qui tam parū moueris, vel comminatione supplicii ( in inferno aut purgatorio ) vel promissione æternæ gloriæ in cœlo; quæ si viua fide apprehenderes, multo in diuino servitio seruentior, & in peccatis vitandis cautior essemus.

5. *Creditit ipse & dominus.* Et tu pariter Regulus quidam es, qui habeas regendas potestias animæ internas & externas, omniaq; mēbra, vt subsint Deo & rationi: Filius tuus est anima tua, qua si sit proxima lapsi in peccatum, recurrendum est, vera fide ad Deum ut erigatur.

❖ ❖ ❖ ❖ ❖  
MEDITATIO XXIX.  
DE RE GE RATIONEM  
PONENTE CVM  
SERVO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Rex remiserat 10. millia tal. seruo Matt. 18.

T 3

pro-